

lanceolatis, ciliatis; superioribus longioribus, apice subconduplicatis, medio margine ciliis paucioribus sed longioribus, omnibus apice contra motum folis flexis. Calyx basi pilorum fasciculo copioso involvitur.

**COR.** solitaria singulo calyci; tubulata: *Tubus* filiformis, quinquangularis, calyce dimidio brevior. *Limbus* quinquepartitus, laxis, tubo sesqui longior, hinc calyce altior: laciniis linearibus, angustis, flaccidis s. laxis.

**STAM.** *Filamenta* quinque, tubi apice inserta, *Limbi*  $\frac{1}{2}$  longitudinem alta, filiformia. *Anthera* cylindrica, basi pentagona, apice contracta, quinque-dentata; dentibus linearibus, basi intus exserente setas decem, duas singulo filamentum.

**PIST.** *Germen* oblongam, truncato-pentagonum, corona ciliata. *Stylus* antheræ circiter longitudine. *Stigma* acutiusculum, simplex.

**PER.** *Calyx* immutatus.

**SEM.** unicum, oblongum, pentagonum, magnum, truncatum, coronatum. Corona pilosa, ciliata, brevis, pentagona: nucleo bifido, corculo in basi.

*Color* corollæ Tubo Limboque inferius albescente. Limbus apice & squamæ calycinæ apice sub florescentia saturate cæruleo-purpurea.

Absque dubio erit distincta species ab Echinope Sphærocephalo. *Hort. Upf.* 248: 1. Videor mihi recordari has differentias, quod nempe major gaudeat statura multo proceriore foliisque viscosis, quod capitulum florum sit exacte globosum, calycibus omnibus ejusdem magnitudinis, omnibus fertilibus; quod Corollæ limbus æqualiter patens, brevior & sub florescentia Corollæ cooperiant totum capitulum, adeo ut calyces non appareant, nec supra eminent. &c.

Nec erit Echinops Ritro *H. Upf.* 248: 2. quia squamæ calycinæ ciliatæ sunt. Cum planta *Hort. Upf.* sit russica. Vaillantius conjungit species 6 Tournefortii sub tribus speciebus in *Actis gallicis*.

**ATRA:**